





DISPUTATIO DECIMA,

QUA

ACTA

S. APOSTOLORVM

EX SCRIPTORIBVS ANTIQVIS

SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-

TRIBVS ECCLESIASTICIS, ET AVCTORIBVS

CLASSICIS GRAECO-ROMANIS

ILLVSTRATA,

IOAN. CASP. SANTOROCCVS,

Prof. Ord. Antiquit. Graeco-Latinarum, nec non

Poësis, & Pædagogiarcha,

PRAESES,

&

ADAMVS Schüb / Ranschenberga-Hassus,

Pro gradu Magisterii rite obtinendo,

Publica Dnm. Commilit. disquisitioni

h. l. f. Die XVIII. Julii. CXCXVI.

subiiciunt.

IN ACADEMIA MARBURGENSI,

Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. Typograph.

V I R O

Plurimum Reverendo, nec non Doctissimo,
DN. CONRADO NICOL. *Murhard* /
Verbi Divini MINISTRO, Ecclesiae Gudensber-
genfis, Vicinaeque Dioeceseos METROPOLI-
TANO longè Dignissimo, Vigilantissimo;

V I R O

Admodum Reverendo, nec non Doctissimo,
DN. JOANNI *Brand* / Ecclesiae Ober-
moelriensis PASTORI Fidelissimo, Cognato
suo Honoratissimo;

V I R O

Nobilissimo, Spectatissimo & Doctissimo
DN. JOANNI PHILIPPO *Arnold* /
PRÆFECTO apud Liberos Barones de Riedesfel
Meritissimo, Cognato suo Amicissimo;

UT ET

CONSULI, PROCONSULI,
ET CONSULARIBUS,

Omnibusque ac singulis Ordinis SENATORII
Gudensbergenfis MEMBRIS Dignissimis,
Prudentissimis;

Dominis suis Patronis ac Fantoribus Colendis,

Hanc dissertationis opellam in debita venerationis
& grati animi nunquam intermorituri *Tempore*

D. D. D.

ADAMUS *Schö* Respondens.



7. N. D. A.

DISPUTATIO DECIMA,

Quæ

ACTA S. APOSTOLORUM
ILLUSTRANTUR.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.Ι.

VERS. IV.

Versio Lat. Vulg.

<p>καὶ συναλιζόμενοι, πα- ρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσο- λύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου.</p>	<p>Et convescens, præcepit eis, ab Jerosolymis ne disce- derent, sed expectarent pro- missionem Patris, quam au- disti (inquit) per os meum.</p>
---	--

§. I.



isâ lectione variante συναλιζόμενοι, ad *Transitio*
relíquas, quæ sequuntur, lect. var. exami *ad Disputa-*
nandas properamus. Tales autem sunt, *iat. X.*
quemadmodum (*) supra, Disputatione
septimâ traditum, συναλισκόμενοι & συν-

αλισκόμενοι.

§. II

Quantum adlectionem var. συναλισκόμενοι (à συν. *Origo lect.*
αλισκω, simul capio, ex συν & αλισκω, quod anim. *var. συνα-*
adver. *λισκόμενοι.*

A 2

(*) *Disp. VII, §. II, pag. 7.*



advertentē (a) *J. Harmarō*, descendit ab inusitato verbo, *ἔλω*, *capio*, ut sit quasi *ἐλίσκω* ea ipsa originem debet codici *Beza* membranaceo s. Cantabrigiensi, quem is in initiis belli Gallici civilis, Lugduni an. 1562. ex cœnobio S. Irenæi nactus, Academia Cantabrigiensi, an. 1581. dono dedit.

§. III.

lect. var.
συναλισκό-
μεσι ⊙ *reji-*
ciunt.

Ast lectionem hanc tanti haud facimus, ut vel prolixè refutemus, vel in numerum genuinarum lectionum variantium recipiamus. Nam nec una hirundo facit ver, nec unus codex, præsertim si vitiosus, qualis iste Cantabrigiensis, qui notante (b) *Simonio*, multis scateat erroris, valorem lectionis variantis constituit. Atque huc referendus *VIRI AMPLISSIMI, DN. G. v. MASTRICHT* (c) canon criticus undecimus: *Neque faciunt, inquit, variantem lectionem tres aut quatuor codices, (multò minùs unus) maxime in omitendo, contra viginti, & quod excurret alios manuscriptos. Quem canonem si lectionum variantium collectores observassent, tot & tanta lectionum variant. plaufra non haberemus.*

§. IV.

Origo &
refutatio
lect. var.
συναλισκό-
μεσι ⊙.

LECTIO *συναλισγόμεν* ⊙, non solum ejusdem ferè futuri est cum præced *συναλισγόμεν* ⊙ sed & certo sub respectu deterioris conditionis videtur. Ejus igitur valor meritò vilescit & evanescit, & quidem I. ob causas præced.

(a) *Joan. Harmar. Lexic. Etymolog. ling. Græc. in ἀλίσκω*, *capio.*

(b) *Simon. Histor. Crit. Nov. Test. Cap. XXX. pag. 360.*

(c) *G. D. T. M. D. Nov. Test. Græc. ex officina VVeststeniana Amsteladami edit. 1711. Can. XI pag. 13. & Prolegom. de confirmat. Canon. critic. pag. 58, 59.*

ccd. §. III. Disp. X. prolatas II. Teste (d) *Millio* lectio hæc var. à correctore quodam anonymo, quem (e) *Beze* monachum sciolum & indoctum fuisse tradidit, interpolata creditur. III. Nullus fere sensus in lect. συναλισγόμενⓄ reperitur. Corrector iste, ut ex (f) *Millio* modò laudato colligere licet, veritè quidem, *conuivans*, sed nostrum huic versioni non possumus addere calculum. Rationes, quæ nos movent, sunt sequentes. (1) *ΣυναλισγόμενⓄ* ratione terminationis deberet esse participium verbi cuiusdam *συναλισγω*, ex *σύν* & *αλισγω* compositi, verum nec simplex *αλισγω* nec composit. *συναλισγω*, in (g) *Lexicographis* Græcis, quamvis indefensâ operâ quasi-verimus, invenimus. (2) Præterea nec recurrit memoria, nos ullo unquam tempore verbum *συναλισγω* in probatis auctoribus legisse. Abeat ergo sciolum iste interpolator cum sua lectione variante, quippe nos neque multum iuvat, neque multum delectat. Atque ità ex hæcenus dictis à §. III. Disp. VII. usque ad hunc §. V. Disp. X. satis superque patet, particip. *συναλιζόμενⓄ* esse *lectio-nem probatiorem*; non verò *συναυλιζόμενⓄ*, *συναλισκό-μενⓄ*, aut *συναλισγόμενⓄ*. Q. E. D.

§. V.

At non dum omnia & singula, quæ ad lectionem *Dne adbus*
 A 3 varian- *quæst. huc*
referenda.

(d) *Joan. Millius Nov. Test. Act. I. v. 4. pag. 315. Lit. g.*

(e) à *Simon. Histor. Critic. Nov. Test. C. 30. Beza id testimonium attribuitur.*

(f) *7. Mill. Nov. Test. Act. I. v. 4. p. 315. Lit. g.*

(g) *Lexicographi, quos evolvimus, sunt Jul. Pollux, Suidas, Buddaus, H. Stephanus, Scapula, Decem Auctiores (ut solent appellari); Emilius Portus, Martinus, Pasor, Pechius, Snicerus, Schrevelius, Plures inspexisse non fuit datum.*

variantem vocabuli συναλιζόμεν^ς spectant, pertractata videntur. Nam adhuc duas *questiones* huc pertinentes quasi mantissa locò in medium proferemus, quatum *Ima* esto: an addendum sit, μετ' αὐτῶν, nempe hōc modò; συναλιζόμεν^ς μετ' αὐτῶν? *Uda*, an vocab. συναλιζόμεν^ς referendum, vel ad *Vers. 3.* vel ad *Vers. 4. Cap. 1. Actōrum?*

I. *Questio*
expendi-
tur.

Quantum ad *questionem primam*, respondit (h) *Beza*, legendum esse συναλιζόμενος μετ' αὐτῶν. Eisi enim, inquit, illud μετ' αὐτῶν, cum eis, possit inclusum videri in particula συν, tamen, cum in veteribus interpretationibus, Syra, Arabica, & Latina exprimatur, ut & in illo meo vetustissimo codice, restituendum id putavi. Duobus rationum fulcris admodum labilibus *Beza* argumentatio, nempe μετ' αὐτῶν legendum esse, superstruitur. Illarum *Ima* est, quia veteres interpretationes s. versiones Syra, Arabica, & Latina μετ' αὐτῶν exprimant. *Uda* est hæc, quoniam μετ' αὐτῶν in codice *Beza* vetustissimo *exstet*. Quàm ficulneæ autem hæ sint rationes, statim patebit clariùs.

f. VII.

Non est legendum,
συναλιζόμε-
ν^ς μετ'
αὐτῶν.

Prima ratio deducta à veteribus interpretationibus suâ sponte corrui: Nam versiones, licet antiquissimæ, si ab editis & manuscriptis differunt, lectionem variantem non constituunt. Cujus canonis veritatem (i) *VIR AMPLISSIMVS* in confirmatione canonum criticorum solidè demonstravit. Nec secunda ratio, desumpta

(h) *Th. Beza* annotation. in *Nov. Test. Act. 1. v. 4.*

(i) *Vid. G.D.T.M.D. Nov. Test. Græc. de confirmat. Canon. critic. pag. 60. & 61. Prolegom. f. 114, 115, 116.*

ab auctoritate codicis cujusdam *vetustissimi*, majoris est momenti; nam eadem de causa, ob quam lectionem *συναλισόμεν* ex eodem codice deproptam, ut spuriam, §. III. Disp. hujus Xmae rejecimus, etiam hanc sublecta fidei lectionem vocab. *μετ' αὐτῶν* rejicimus.

§. VIII.

Quantum ad (k) secundam spectat questionem, II. *Quaestio* scilicet, an vocab. *συναλισόμεν* referendam sit, vel ad *expenditur* *versum tertium*, vel ad *versum quartum* hujus capitis *primi Actorum*, ea ipsa quaestio variè ab Auctoribus criticis *pertractatur*. Quidam enim, qui vocabulum *συναλισόμεν* ad precedentem *versum tertium* referunt, arbitrantur, id commodè fieri posse & debere, ut & hoc ipsum argumenis, resurrectionem J. Christi probantibus, annumeretur, quod nimirum *Salvator noster cum discipulis suis domesticiam ac diutinam habuerit consuetudinem*, quia id esse putant, quod participium *συναλισόμεν* (nisi in lectione fallantur;) significet. Alii autem Critici dictum vocabulum *συναλισόμεν*, id quod nobis etiam arridet, referunt ad *versum quartum* Cap. I. Act., ut sensus verborum sit talis, nempe Apostolis à Christo congregante mandatum fuisse, *ne discederent Hierosolymis, sed ut Patris promissionem ibidem expectarent.*

§. IX.

Quamobrem cum hæc hætenus commemorata sint *Examenle-* ca, quæ de crisi lectionum variantium, *συναλισόμεν*, *συναλισόμεν*, *συναλισόμεν*, & *συναλισόμεν*, convenienter (1) *absolvuntur*, disputationi septimæ dicenda fuerunt; nunc ordo & series

(k) Vid. §. VI. Disputationis hujus Decima in Act. S. Apost.

(l) Vid. Disputat. VII. Part. I. §. II.

series pertractationis postulant, ut in ingenuam (m) *significationem* participii *συναληγομεν* inquiramus, id quod Deo volente, sequens Disputatio undecima peragere incipiet.

(m) *Ibid. §. I. in divisione. Num. II.*

M. O. Δ.

Finis Disputationis Decimæ.

Annexa miscellanea.

- I. *Sacra Scriptura, quæ Christiani utuntur, est verbum Dei.*
- II. *Medicos olim Romæ pulsos fuisse, contra dissentientes affirmamus.*
- III. *Per Libertinos Act. VI, 9, intelligimus Iudeos, qui captivi ducti à Dominis libertas donati fuerunt.*
- IV. *Errant isti Philosophi, inter quos Clericus, qui putant, essentiam corporis in genere spectati non posse cognosci, quippe per se manifestum, ipsam corporis in genere spectati essentiam consistere in extensione.*
- V. *Imperatoris Iustiniani definitionem juris naturalis, quod sit lid, quod natura omnia animantia docuit, defendendam certo sub respectu suscipimus.*

PRÆSES

ad

Dn. Candidatum.

Quis bonus sagittarius ?
Qui rite tangit metam,
Tu nomen sagittarii
Si rite, SCHÜTZI, tenes,
Fac, omnia sagittarii

Accedat undecunque !
Sic bonus sagittarius
Tuam obtinebis metam,
Ut tandem boni nominis
Fias fidelis Pastor.



Jé 2511

ULB Halle 3
002 379 813



7200

VD 7 VD 18







DISPUTATIO DECIMA,
QVA
ACTA
S. APOSTOLORVM
EX SCRIPTORIBVS ANTIQVIS
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-
TRIBVS ECCLESIASTICIS, ET AVCTORIBVS
CLASSICIS GRAECO-ROMANIS
ILLVSTRATA,
IOAN. CASP. SANTOROCVS,
Prof. Ord. Antiquit. Græco-Latinarum, nec non
Poëfios, & Pædagogiarcha,
PRAESES,
&
ADAMVS Schuß / Rauschenberga-Haffsus,
Pro gradu Magisterii rite obtinendo,
Publicæ Dnn. Commilit. disquisitioni
h. l. f. Die XVIII. Julii. CXCXVI.
subjiunt.
IN ACADEMIA MARBURGENSI,
Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. Typograph.